Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26592
Copyright: Admont, Benediktinerstift

40

frigiditas malum
In utero habentibus tenasmon superveniens
abortire facit
Quibusque circa epar dolent hiis fe. superve-
niens solvit dolorem
Quibuscumque inter renes et ventrem flatus gyru- xxx.
ditur et prestans dolorem non habet
exitum in ventre hiis secundum venas in vesicam
currens flatus solucio fit morbi
Ypo. dicit nature forti nichil posse impos- lv
sibile expugnare unde naturam apostemate
ossium expellet et per ossa transmittet sat

Explicit de crisi particula 2a

Quibuscumque crisis fit hiis nox difficilis xvi
ante accessionem superveniens ante lenior ut
in pluribus
Que relinquuntur in morbis post crisim reb- xv
versionem facere consueverunt
Crisis est velox et vehemens motus morbi
cum infirmum aut ad mortem vel ad salutem deducit
Est autem cum natura a bonis dividit noxia et
ut ad expellendum faciat apparata quod cum
fiat necesse est ut infirmus patiatur angus-
tias et morbus durescat
Post humorum expulsionem necesse est pro requie
corporis quietem et lenitatem. Crisis enim
omnis plus attinet sanitati quam morti